



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

§. 9. De reo non sacerdote missam celebrante, aut aliud sacramentum ministrante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Idem quod dictum est de fautoribus; dicendum est de impediendis inquisitionibus officium; verè enim hereticorum fautores laici, & de heresi suspecti, & grauius delinquent quibuslibet aliis fautoribus, & sic grauius puniendi sunt.

Quapropter ex constitutione Innoc. IV. edita anno 1252. & Clem. IV. edita anno 1267. vtraque incipiente. Ad extirpanda; quaeque referunt Pegna, inter litteras Apostolicas, & in direct. 2. p. 57. c. 7. m. 7. Qui haereticum capere de manibus ministrum eripere ausus fuerit, vel impedierit ne capiatur, vel aliquo modo arrium, consilium, vel fauorem ad liberandum praestiterit, siue id faciat vi, & armis, siue clamoribus, & monitionibus, quibus auctus fugit delinquent, perpetuo relegatur cum publicatione bonorum. At huic delicto Pius V. in quadam sua constitutione edita anno 1569. incipiente, si de protegendis, praecedentium confirmatoria poenam mortis, & confiscationis bonorum, ac reliquas omnes poenas, quibus rei laici maiestatis humanae afficiuntur, imponit: cuius Bullae tenorem refert Pegna inter litteras Apostolicas, illi quoque mentionem facit Farin. de haer. q. 182. n. 96. Facit etiam poenam mortis nunquam ob hoc crimen praesè impo- nendi in aliquo casu raro, & extraordinario, in quo simul cum defensione haereticis occidit, seu grauis alicuius ministri inquisi- tionis vulneratio coniungeretur: tunc enim sic delinquentis carnae facultati relaxatur, esto faceret se hereticum esse, & poeniten- tiam expulset, & ad reconciliationem admittatur. At idem est qui fingere se esse hereticum illum capiendum & loco illius se substitueret, vel alium substitueret faceret, se sic hereticum a po- testate inquisitionis libeter; hic enim tanquam fautor haereticorum, & inquisitionis officij impeditor puniendus est. Ex supra- dictis autem constitutionibus Innoc. IV. & Clement. IV. qui sic se supportat, carceri perpetuo mancipatur; qui verò alterum sub- munit, publicis bonis omnibus, in perpetuum relegatur, & suspensus si fuit in dolo, mancipatur perpetuo carceri, sic nota- tur Farinac. q. 182. n. 98.

Rarius huic tribunal subiectus est reus vsurpans officium Inquisitionis Notarij, aut alterius ministri, qua offendit sanctis- simam huius tribunalis iurisdictionem, meritoque ab eius iudi- cibus coarctari debet. Sed qua poena puniatur, non constat. Exa- minanda enim est diligenter causa vsurpationis: nam si officium vsurpauit, vt ab aliquo petulo, in quod fuit coniectus, li- beraret, nec alicui nocuit, leuiter est puniendus; reprehensione aliqua verbaliter secreto in tribunali facta, & poena aliqua pecuniaria vel exilio per aliquot annos; sic colligitur ex iis, quae tradit Menoch. de arbit. l. 2. c. 1306. à num. 14. vbi probat falsitatem, quae nemini nocuit, nec nocere potest, non poena falsi, sed aliqua circumscripta puniri. At si officium inquisitionis vsurpauit, vt aliquos terret, & concuteret, vel pecunias extorqueret, aut ad crimina praestaret, in actu publico est producendus, ibique legenda est eius sententia, vt aliquoties vidi. Sententia autem fieri esse pecuniaria, fustigationis, & criminis pro qualitate de- licti sic docuit Simancas cathol. in sit. tit. 46. col. vlt. & in en- chirid. vlt. n. 15. & probat authoritate Iulij Clari l. 5. recept. seu tit. ad leg. Cornel. testamentaria, qui ita scriptum relinquit: Qui in quibus aliorum ordinis vtuntur, miiiciamve conungunt, quo quem terreat, vel concutiant, humiliores capite puniantur honestiores in initium deportantur.

§. VIII.

De reo ducente secundam uxorem viuentem prima.

- 1. Iudicibus facti puniendus, subicitur hic delinquens.
2. Poena huius criminis est arbitraria: in aliquibus partibus avarum de vehementi, in Hispania de leui.
3. Praecedunt tam in viro ducente uxorem, quam in uxore ducente virum.
4. Religiosus duceps uxorem, grauius punitur.

Quod Inquisitores aduersus hos delinquentes procedant, tanquam aduersus haeresis suspectos, & male de sacra- mento matrimonij sentientes, nulla est dubitatio, vt testatur Farinac. q. 178. num. 68. & etiam Pegna 2. part. direct. q. 1. c. 6. c. 1. post medium. vers. de eo. Couart. epitom. de sponsalib. 2. p. 7. §. 3. n. 6. vers. suspectos etiam haereses. Albertin. tractat. de agnosc. affir. q. 23. Simanc. cathol. in sit. tit. 40. & in en- chirid. tit. 12. rubr. de nescario nuptiarum n. 5. Rojas singul. 98. n. 4. cas. 42. num. 114. & alij apud ipsos. Quod venit intelligendum, siue secundum matrimonium palam, siue secreto contrahatur, quia hoc non tollit suspicionem, licet ex parte minuat. Simancas cathol. in sit. tit. 40. num. 4. Salzedo in pract. crimin. c. 8. litte- ra B. vers. ne illud Farinac. de delictis carnis q. 140. numer. 24. Item procedit conclusio, posse scilicet Inquisitores aduersus hos delinquentes procedere, etiam si secundum matrimonium alias sit in iudicium, vt quia erat consanguinea, vel religiosa, aut alio im- pedimento ligata: quia in praesenti non tam matrimonium in ef- fectu, quam in affectu puniatur, ex l. eii qui duas, Cod. de ad leg. Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

Iuliam, de adulter. aut haereses, Cod. de iniuris nupt. c. nupt. de bigami. & notauit Anton. Gomez leg. 80. Tauri n. 30. Albertin. de agnosc. affir. cathol. q. 23. n. 10. Farinacius alios refe-rens, q. 140. vbi de delictis carnis, n. 25. Quocirca reus, vt effugiat hoc iudicium, probare tenetur ignoranter processisse quia ignorantia non probatur, ex eo quod nullo tempore con- flux prima absens fuerit; quia insuper debet probare certum num- rium accepisse de illius abitu, iuxta text. in c. praesentia, de sponsalibus, vel probare tenetur primum matrimonium nullum fuisse, & quouque hoc probet, Inquisitorum iudicio subditur ob haeresis suspicionem: nullitate autem probata cessat Inquisi- tor, & succedit Episcopus, qui sic contraheant debet punire, iuxta textum in c. eum in Apostolica, de sponsalib. eo quod ab- que declaratione Ecclesiae nullitatis prioris matrimonij, ausus fuerit secundum contrahe, sic notauit Farinacius de haeresi, quast. 172. n. 72.

Poena huius criminis arbitraria est in Italia, aliisque locis abiurant de vehementi, vt testatur Pegna dicto comm. 81. post medium. vers. de eo. Farinac. de haeresi, q. 178. num. 68. sine. At in Hispania de leui tanquam abiurant; & si plebei sint, flagel- lis caeduntur, & quinquennio tritribus addicuntur: si nobiles, aliis poenis pecuniariis, exilioque damnantur. Simancas cathol. in sit. tit. 40. num. 6. & in enchirid. tit. 12. n. 6. Farinac. q. 178. num. 74.

Aduerto tamen si hic delinquent antequam testificatus sit, se ipsum inquisitoribus detulit, & crimen manifestauit, mitius esse puniendum. Putat sane primo in carceribus secretis recluden- dum non esse, dum eius causa agitur, sed in aliqua particulari domo, vt Compostellae obseruatum vidi. Secundo exilium, etiam si plebeus sit, flagellis non debere caedi, sed exilium, ali- quaque poena pecuniaria condemnari. Et idem est dicendum de eo, qui aliqua apparenti ratione ductus de morte prioris coniugis, probat secundum matrimonium contraxisse.

Secundo aduerto supra dicta tam in viro ducente uxorem quam in uxore ducente virum procedere, sic Simanc. cathol. in sit. tit. 40. n. 5. Farin. q. 178. n. 73.

Ad huiusmodi crimen reduci potest, si religiosus siue lai- cus sit, siue clericus ducat uxorem: punitur enim ab inquisito- ribus eadem poena qua binas nuptias contrahens, & grauior ob suspicionem grauiorem Lutheranae haeresis. Canter. quast. crim. de haer. n. 70. & 71. fol. 431.

§. IX.

De reo non Sacerdote Missam celebrante, aut aliud sacramentum ministrante.

- 1. Hic est de haeresi suspectus.
2. Poena mortis pluribus in locis puniatur, aliis verò, vt in Hispania arbitraria poena.

Hinc de haeresi suspectum, nemini esse potest dubium, ac proinde inquisitori iurisdictioni subiectum, committit enim crimen falsi in re grauiissima, vsurpans officium, & iurisdictionem a se profus alienam, sic Bernard. Diaz pract. crim. c. 12. n. 3. & ibi Salzedo alios adducens Menoch. de arbit. lib. 2. c. 320. n. 13. & 14. Solum potest esse aliqua dubitatio, si quis ex intentione ludendi, vel irritandi haec sacramenta ministraret, & talis intentio omnibus adstantibus patet, quia tunc non videtur puniendus, tam vt alienae, sacraeque iurisdictionis vsurpator, quam vt irritor.

Sed qua poena puniendus is sit?

Respondeo poena mortis puniendum esse; ac proinde brachio saeculari tradendum, vbi cumque receptae sint constitutiones Pontificiae. Nam sic delinquent poenam mortis esse imponendam statuit, Paul. IV. in sua constitutione edita 20. Maij anno 1557. & in alia edita 17. Februarij anno 1559. quarum mentionem facit iudicial. inquisit. rubr. sine ordinibus celebrantes f. mibi 475. Salzedo supradictum statuit Clem. VIII. in sua constitutione edita 5. Decembris anno 1601. incipiente, Etsi alius, cuius meminit Farin. q. 193. n. 39. Et merito hac poena puniri debet; quia est nefas omnino grauissimum, quale antiqui Pontifices nunquam committendum praesumpserunt, & forte ob eandem causam huic crimini poenam non statuerunt, vt dicit Bernard. Diaz pract. dict. c. 12. in princ. Sed cum his temporibus malitia hominum creuerit, & in omne malum, scelisque propendat, ali- qua poena graui coarctari iustissimum fuit. Dixi poenam mortis huic crimini imponendam esse, vbi constitutiones Pontificiae receptae sunt: quod dixi, quia in Inquisitionibus Hispaniae video supra dictas Bullas quoad relaxationem cutiae saeculari ob huius- modi crimen receptas non esse; ac proinde solum poena arbitra- ria sic delinquentem esse puniendum, sic Bernard. Diaz allegato loco, & Menoch. supra casu 320. num. 14. Haec autem poena arbitraria regulariter est in actu publico, abiurata de leui, flagellis caedi, & tritribus addici, & ab ordinibus perpetuo pri- uari. Aliquando haec poena minuitur, & in exilium, & pecunia con- uertitur, tum si delinquent nobilis sit, neque in actu fuit specialis malicia

malitia; tam si sic ita rusticus, ut non tam ex malitia, quam ex aliquali ignorantia processisse videatur. Et ita uidi quendam adolecentem simplicem, qui annuam reclusionem in monasterium, & poena pecuniaria damnatus fuit, eo quod fingens se sacerdotem, alterius confessionem excepit, ut postea illum irriteret.

§. X.

De transmittentibus arma, equos, bellicaque tormenta hostibus nostrae religionis.

Inquisitoribus Hispaniae hoc crimen committentes subiciuntur, & poenis arbitrariae puniuntur.

Inquisitores Hispaniae de hoc crimine cognoscunt ob suspitionem haereticis. Videatur enim sic delinquentes fautores haereticorum esse; & ita in carceribus secretis recluduntur, dum eorum causa agitur. Illa conclusa, simul cum ordinario (quod semper intelligitur) pronuntiat sententia, quae regulariter in tribunali tantum pronuntiat, & non in actu publico nisi in aliquo casu grati, & extraordinario. Huius autem poena est; si viuis persona est, fustibus caedi sine minus exilio, & pecunia; in ea quantitate, quae equi, armaque valebant, & insuper omnia illa confiscantur, quod si iam fuerint transmissa, poena pecuniaria duplicatur. Et scio quendam religiosum ob hoc crimen ex consilio supremi Senatus condemnatum fuisse in sexcentis scutis, & in annua in suo conuentu reclusionem, & suspensionem incrementi ab officio; quam condemnationem adimpleuit; & pecuniam ex reditu sibi obuenturo duobus annis soluit. Antiquitus abutabant de leui, modo non est in vfu.



DISPUTATIO IX.

De Confessario ad Venerem incitante.

LACVIT pro complemento huius tractatus aliquando latius examinare, qua ratione Inquisitores de hoc crimine cognoscant, & quando alij reueantur sic delinquentes Inquisitoribus denunciare, & quibus poenis delinquentes affici debeant.

P V N C T V M I.

Quid in hac re à summis Pontificibus, & ab Inquisitoribus statutum sit.

1. Quid statuerit Pius IV.
2. Quid Clemens VIII.
3. Quid Gregorius XV.
4. Solicitudinis ad Venerem, non ad alia crimina in suprascriptis decretis cauetur.
5. In Bulla Pij IV. & Clementis VIII. sola sollicitatio mulieris cauetur. At in Bulla Gregorij cuiusque persona, siue facina sine vni.
6. Ex decreto Pij IV. & Clementis VIII. solus Confessarius & in confessione delinquens veni puniendus. At ex Gregorij decreto si ante, vel post confessionem immediate delinquat.
7. In decreto Pij IV. & Clementis VIII. nulla poenitentium imponitur obligatio denunciandi, praeter eam, quo iure inest. Sacra ex decreto Gregorij.
8. In Bulla Pij IV. & Clementis VIII. committitur haec cognitio priuatiue Inquisitoribus. At in Bulla Gregorij etiam ordinariis.
9. Bulla Gregorij in Hispaniarum regni non videtur recepta.
10. Inquisitores quid circa hoc crimine in suis edictis praecipiant.
11. Colligitur stricta obligatio in poenitente denunciandi Confessarium, & quam grauis crimen hoc sit.

Paramus de origine inquisitionis l. 3. q. 10. in fin. Cortolanus de casibus referuatis. part. 1. sect. 2. art. 22. f. 235. Ioan. Sanc. in suis sollicitis disputationibus. disp. 11. numero 18. referunt Bullas Pij IV. & Clementis VIII. de hac re in Bulla inquam; Pij IV. quae incipit, Venerabili fratri, Archiepiscopo Hispanensi. Hispaniarum haereticarum praesentis Inquisitori generali, quaeque sunt edita, & publicata die 16. Aprilis anno 1561. Solum erantur Inquisitori generali iurisdictione cognoscendi, & puniendi per se, vel per alios a se deputatos, delinquentes sacerdotes eam saeculares, quam regulares regnorum Hispaniae, qui sacramento Poenitentiae in actu audiendi confessionem abutun-

tur; mulieres videlicet poenitentes ad actus inhonestos, dum eam audiunt confessiones, allicitando, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando. Super his autem (ait Pontifex) diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra haereticos, aut de haeresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam & renorem procedas.

2. Clemens verò VIII. vii inferitur in decreto supremi Senatus inquisitionis edito die 3. mensis Decembris, anno Domini 1592. solum statuit Inquisitorē generalem in Hispania procedere potest aduersus quoslibet presbyteros saeculares, & regulares in sacramento Poenitentiae, seu in actu confessionis sacramentalis, sollicitantes mulieres poenitentes ad impudicitiam, seu peccata carnis, sicut & in aliis causis ad sanctissimum inquisitionis officium pertinentibus, ut haecenus fecit, etiam priuatiue, quoad superiores regularium, cuius ordinis, & congregationis, citam mendicantium existant, ipsosque regulares non eximi ab onere deferendi, seu denunciandi huiusmodi delinquentes eidem sancto Officio, quemadmodum in aliis casibus, & causis sanctae inquisitionis, in quibus alij Christi fideles de iure tenentur.

3. At Gregorius XV. die 30. Augusti, anno 1622. & sui Pontificatus anno 2. constitutionem eisdem aduersus sollicitantes sacerdotēs, & primo refert, & confirmat Bullam Pij IV. nuper relata. Quae non solum in praedictis Hispaniarum regnis, sed in quibuslibet Christiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari praecipit, & mandat. Secundo, ne de poena his delinquentibus imponenda, & de modo procedendi ab aliquo dubitari possit, statuit, quod omnes, & singuli sacerdotes, tam exempti, quam non exempti, qui personas, quae cumque illae sint, ad inhonestas, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis confessionis, siue ante, vel post, intermediare, seu occasione, vel praetextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non sequuta; siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicito, & inhonesto sermone, siue tractatus habuerint in officio sanctae inquisitionis seuerissime puniantur. Tercio apponit modum cognoscendi de tali delicto, remitti enim eius cognitionem tam Inquisitoribus, quam locorum ordinariis, simul, vel separatim. At enim Pontifex: Omnes haereticarum prauitatis Inquisitores, & locorum ordinarios vniuersi orbis Christiani, in suis quemque diocesis, & territoris per has nostras litteras etiam priuatiue, quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo iudices delegamus, ut super his contra praedictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei iuxta sacrorum canonum formam, nec non officij inquisitionis constitutiones, &c. diligenter inquirant, & procedant. Quarto qui in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus euipales fuerint reperi pro crimini qualitate, & circumstantiis puniendi sunt, scilicet suspensione ab executione ordinis, priuatione beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuae, & passivae, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad tremes, carceris perpetui; nisi si pro delicti grauitate maiores poenas meruerint, debita praecedente degradatione curiae saeculari puniendi tradantur. Quinto, datur facultas venerabilibus fratribus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne dictum tam enorme, & Ecclesiae Dei ita perniciolum remaneat ob probationem defectum impunitum, cum difficultas sit per oblationes, testibus etiam singularibus, concurrentibus, praesumptibus, indicis, & aliis adminiculis delictum probatum esse ab initio suo iudicandi, & curiae saeculari, ut dictum est, reum tradendum esse pronuntiant. Sexto mandatur omnibus Confessariis, ut illos poenitentes, quos nouerint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut praefertur, tractantes. Inquisitoribus, seu locorum ordinariis praedictis: quod si hoc officium praetermiserint, vel poenitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, idem locorum ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpae punire non negligant.

4. Circa suprascripta decreta notandum est solum in illis praecaueri sollicitationem ad Venerem; non tamen ad alia crimina est grauiora sint; quia non est aequè periculum de illis, ac de sollicitatione ad Venerem.

5. Secundo aduertitur in Bulla Pij IV. & in decreto Clementis VIII. solum de sollicitatione mulieris habetur sermo. At in Bulla Gregorij XV. cuius sollicitatio praecaeatur, ut constat ex illis verbis Qui personas, quae cumque illae sint, ad inhonestas, &c.

6. Tercio nota ex decreto Pij IV. & Clementis VIII. Sacrosdos in confessione sollicitans veni abe puniendus. At ex decreto Gregorij siue in confessione, siue extra, vel post, & immedie siue in confessionario, seu loco confessionis deputato, siue alibi simul ans audire confessiones, & poenitentem sollicitans, aut cum eo inhoneste tractans, veni puniendus.

7. Quarto in decreto Pij IV. & Clementis VIII. nulla obligatio praeter eam, quae iure naturae inest, imponebatur poenitenti confessarium denunciandi. At in decreto Gregorij praepositum poenitentes teneri Confessarium sic sollicitantem denunciare